



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Confessarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

**N**Vlli Regulares possunt confessiones sæcularium etiam Sacerdotum audire, nisi præsentari secundum formam iuris, quæ est in *Clement. Dudum*, §. *statuimus*, de *Sepulchris*, ex *Conc. Trid. sess. 23. c. 15. tom. I. q. 59. art. 1.*

Forma dictæ Clementinæ fermè hæc est: Vt Prouincialis per se, vel per alium accedat ad Episcopum rogans vt admittantur tot Fratres quot ipse intendit, & dignetur acceptare, ac si per omnia seruata esset forma iuris. Quod si acceptet, sunt admissi, aliàs minimè, sed debent personaliter præsentari. *ibid.*

Episcopus Fratrem sibi præsentatum, & per examen aut alio modo repertum idoneum sine causa non admittens, facit illi iniuriam. Et talis secundum ius potest confessiones audire. Quia Episcopi à iure nudum ministerium habent approbandi Fratres, non auctoritatem concedendi eisdem iurisdictionem. *ibidem.*

Item

CONFESSARIUM. 77

Item si non expectata presentatione Episcopi pramonētes dicant, Non presentetis aliquos, quia non admittemus; pro admissis habentur *secundum Cardinalem*. Si verò non recusent admittere, sed non dent licentiam vel negligent, *secundum Glossam*, locum habet hic privilegium post trinam monitionem vel requisitionem. *ibidem*.

Si Episcopus numerum Confessorum, iudicio Fratrum necessarium acceptare noluerit, sitque inter eos super hoc contentio, Iudicis arbitrio definiendum erit. *ibidem*.

Dicta Clementina facta pro Fratribus Minoribus & Prædicatoribus tantum, non est sublata per Concilium Tridentinum, cum sit lex specialis, non privilegium. Imò etsi foret privilegium, non reuocaretur, quia generi detrahitur per speciem, non contra, *articulo 2.*

Approbatio, & presentatio Fratrum Prædicatorum & Minorum, per dictam Clementinam est perpetua, nec debet iterari in eadem

Diocesi

Dicæcesi, quia iurisdicção eorum est ordinaria, nec comprehendit eos Bulla *Gregor. XIII.* quæ incipit, *Intanza, &c.* nec deliberatio *Illustr. Card.* cum illa lex, ut dictum est, non sit per *Conc. Trid.* reuocata *art. 4.*

Non sufficit, Regulares admissos esse in vna Dicæcesi, pro omnibus; sed debent in vnaquaque admitti. Tamen ex Priuilegio *Greg. XIII.* cõcesso Patribus Iesuitis, omnes debite secundum ius admissi, iter facientes per terras & mare, possunt in omnibus locis, in quibus non existunt proprij Episcopi, prædicare, & confessiones audire, non repugnantibus tamen Curatis. *art. 5.*

*Pius V.* noluit quidem semel approbatos, iterum ab eodem examinari: sed tamen permisit successori Episcopo, si velit posse examinare. Vnde semper valet facta semel approbatio, donec de facto successor eam suspendat. Quæ constitutio omnes tangit, præter Prædicatores & Minores iuxta *Clemētinam* admissos, ut supra. *art. 6. & 7.*

Modò Mendicantes in foro conscientie

CONFESSARIIL. 79

scientiæ uti possunt omnibus pri-  
uilegiis, etiamsi per *Conc. Trid.* sine  
sublata, & per consequens frui præ-  
sentatione, & approbatione semel  
obtentâ ex concessione *Clementis*  
*VII.* factâ minoribus, quia ipsi  
etiam gaudent *art. 7.*

Possunt Episcopi ex causa limi-  
tare & coarctare Mendicantium ap-  
probationem, ad certum locum,  
tempus, & personas, non autem sine  
causa. *art. 8.*

Tunc sine causa facere censébun-  
tur, quando cum omnibus Regula-  
ribus generaliter, sine differentia  
ita se habuerint, approbationes an-  
nuales eis tantum indulgentes, ad  
confessiones virorum eos tantum  
approbationes ex declaratione *illu-*  
*striss. Cardinal. ibidem.*

Provincialis non potest renun-  
tiare iuri perpetuæ approbationis,  
quia exemptus non potest renuncia-  
re exemptioni, sine licentia Papæ;  
cum tale ius concernat totum Or-  
dinem, non priuatâ personam. *art. 9.*

Doctores & Lectores Theolo-  
giæ ( extra Ordines Minorum &  
Prædicatorum ) debent præsentari,  
& pos

80 CONFESSARIJ  
& possunt examinari, licet non de- adm  
ceat. art. 10. ab  
nul

CONFESSARIJ  
quoad potestatem absolventi.  
Vide ABSOLVTIO.

**R**egularis approbatus ab Episco-  
po, aptus quidem est, sed nulli  
modo exercere potest iurisdictionem  
contra Superioris prohibitionem,  
cuius obedientia Papa nunquam  
intendit eximere, nisi expressè  
dicat. Et si eligatur in Confessorem  
virtute Iubilæi, aut Cruciatæ, non  
potest contra Superioris consensum  
confessiones excipere, *ut declaravit*  
*Iulius III. ad instantiam Generalis*  
*Fratrum Predicatorum. tom. 1. quaest.*  
*60. art. 9.*

Similiter qui antè quidem appro-  
batus, postea tamen à Superiore iu-  
diciè fit suspensus, & notoriè  
intèret absolvere, nihil facit, ex eo-  
dem *Iulio III.* Secus est, si prohibi-  
tus sit extra iudicium in aliquo  
aliquibus casibus, quia tunc licet  
peccet, tamen huiusmodi confes-  
siones validæ erunt. *art. 2.*

Regularis, qui inscio superiori  
admi

CONFESSARII. 81

admitteretur ab Ordinario, licet  
absolueret, quādiu Superior nō an-  
nullaret cōcessionēs illi factas, pec-  
caret tamen, nec gauderet gratiis  
*Clem.* sed nudam haberet Parocho-  
rum auctoritatem. *art. 3.*

Regularis approbatus secundūm  
*Clementi.* potest audire Diœcesanos  
contradicente loci Parocho, etiam-  
si Episcopi dicant in licentia data,  
*non utatur ea, contradicente Parocho,*  
cūm eius iurisdicctio non dependeat  
ab Episcopo, sed à Papa. *art. 4.*

Regularis approbatus, vt suprà,  
extra Diœcesim potest audire om-  
nes suæ Diœcesis, *ex concess. Sixti*  
*I V. Fratrum Minoribus art. 5.*

Approbatus, in sua domo potest  
audire omnes prorsus ad se venien-  
tes, cuiuscumque Diœcesis, tam  
Clericos, quàm Laicos, imò Regu-  
lares & exemptos (si tamen ipsi  
per statuta sua aut obedientiā pos-  
sint absolui) absoluendo quoad om-  
nes casus, etiam Papæ reseruatos,  
exceptis quibusdam, de quibus vide  
*Absolutio quoad secul. art. 6.*

Non tamen potest cum extraneo  
in votis dispensare ( licet possit  
E com

82 CONFESSARIJ.

commutare *ex concess. Eugenij IV*  
quia nec Episcopus illius loci po-  
test, cui in hoc non est superior Re-  
ligiosus, *ibidem.*

Potest etiam extra domum ea-  
dem authoritate uti, cum priuile-  
gium sit personale, non locale. Cu-  
simile est & priuilegium de admi-  
nistranda communionem. *art. 7.*

Erroneum est, secundum *Ioan-*  
*nem XXII.* & plures alios Pontifices,  
tenere, peccata concessa, & absolu-  
ta per Regulares iterum confitenda  
esse in Paschate proprio Sacerdoti.  
*art. 8.*

CONFESSARIJ,

*quoad dispensationes. Vide dispensati-*

**P**ossunt Regulares approbari, ut  
suprà, ex priuilegio *Pij V.* de  
licentia tamen suorum Prouincia-  
lium, dispensare ad petendum debitum  
coniugale, ob cognationem consan-  
guinei coniugis intra secundum gra-  
dum si scilicet fuerit copula natu-  
ralis cum emissionem & receptionem  
feminis *tom. 1. quest. 63. art. 1.*

Possunt Fratres Minores cum causa  
legitima, qualis est non posse con-  
tinere,



CONFESSARII. 83

tinere, deputati à suis Prouincialibus dispensare cum coniugatis: qui ante Matrimonium contractum votum simplex castitatis emiserunt, vt possint petere debitum; non tamen cum iis qui post Matrimonium contractum consensu vtriusque continentiam promiserint, in quo solus dispensat Episcopus. *art. 2.*

Dicta dispensatio à Fratribus facta, non durat, nisi durante illorum coniugum Matrimonio, ita vt alter coniugum superstes cum sua remaneat obligatione non contrahendi Matrimonium sine peccato, & post contractum minimè petendi debitum, sine noua dispensatione. *ibidem.*

Licitum est Fratribus Mendicantibus dispensare in votis Episcopis commissis iure communi, non autè speciali; verbi gratia, in voto continentia simplici urgente necessitate, nec faciliè patente ad Papam aditu. *art. 3. & 6.*

Confessarij Mendicantes possunt commutare omnia vota, demptis ultra-marinis, & Petri & Pauli de vrbe, Sancti Iacobi de Compostella,

## 84 CONFESSARII.

stella, castitatis perpetuæ, & Religionis. Quam facultatē *Paulus III.* & *Greg. XIII.* extendunt etiam ad vota iurata, dummodo commutatio non fiat in præiudicium tertij. Idem dicendum de iuramentis votiuis, *art. 4. & 5.*

Item possunt commutare, & dispensare in votis pœnalibus, licet pœnæ appositæ sint: Papæ reservatæ: ut si quis voueat ieiunium sub pœna seruandæ perpetuæ castitatis, Nam tunc castitas non est principale votum, sed tantum voti accessorium. *art. 7.*

Sublato principali voto, tollitur & accessorium, attamē si antequam dispenseretur, aut cōmutetur votum principale, ipsum quis transgrediat, remanet obligatus ad votum pœnale accessorium, in eoque solus summus Pontifex potest dispensare. *ibidem.*

Possunt Regulares Confessarij à suis Generalibus designati Apostolicas literas aperire ( quarum apertio & executio committitur solum Magistris in Theologia, & Iure Canonico Doctoribus ) & secundum

CONFRATRIA. 85

cundum earum tenorem pœnitentes imposita salutari pœnitentia absoluerè, & cum eis dispensare. *art. 8.*

CONFRATRIA.

*Vide INDVLGENTIA.*

**A**rchiconfratria chordæ Sanctæ Francisci, fuit à Sixto V. instituta Assisi in Conuentu Fratrum Minorum Conuentualium, licentia facta Generali Ministro Fratrum de Obseruantia, & Commissario Generali Ultra-montano eorundem Fratrum de Obseruantia, eandem instituendi in omnibus Conuentibus sui regiminis, vbi non sunt Minores Conuentuales. *tom. 1. qu. 58. art. 1.*

Plenariam indulgentiã lucrantur Confratres die ingressus, præmissa confessione, & communionè dignè facta. Similem etiam consequuntur indulgentiam in articulo mortis, inuocato nomine I E S V ore vel saltem corde. *ibidem.*

Eandem lucrantur confessi, & sacra Communionè refecti, cùm interfunt Processioni singulis mensibus solitæ fieri. Alij verò non

F 3 Con